



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Avla ... Thesavorvm Dei In Passione D. N. Iesv Christi  
Effusorum ad Resvrrectionem Mvltorum**

**Eyschen, Georg von**

**Coloniæ, 1656**

§. 248. Et ministrabant ei. v. 41.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45533**

ſeminis docendo, ad baptismum disponendo. Adhæc eidem Dōmino &  
Apostolis ministrando de suis facultatibus.

**S**icut gloria Virginum & Viduarum, imo coniugatarum magis deuo-  
taria corona. Tu gloria Ecclesiæ Dei, Tu es nota insignis Ecclesiæ veræ  
Christi non inueniuntur hæc apud acatholicos. Ibi quilibet prædicans ha-  
bet uxorem suam carnalem, non patitur illa vnam sequentem Maritum  
suum, aut ministrantem: At Christi Ecclesia habet cælibatum, ibi vnum  
Apostolum fas est lequi centum, sine æmulatione, sine lite, quoniam spi-  
rituale est negotium quod operatur in illis spiritus Dei & caritatis, qui la-  
zar, non coarctat corda.

§. 248. Et ministrabant ei. v. 41.

De facultatibus suis. item de ijs quæ Christo mittebantur aut da-  
bantur, nimirum pro vsa ipsius Christi, suorumque discipulorum, quo ad  
victum & vestitum acceptabat enim tanquam pauper in consolationem  
pauperum, & confortationem, si quando bonæ familiæ homines cogan-  
tur præ paupertate vel petere à proximis subsidium, vel accipere ex necessi-  
tate cum pudore eleemosynam. Ministrabant autem ei corde placito, ala-  
tri animo, ut qui ipsis ministrareret verba salutis æternæ; & velociter & a-  
bandonanter, & frequenter, imo assidue.

**H**ic rufus contemplor notam veri Spiritus Christi, in Ecclesia Roma-  
na. Ibi hodieque viget spiritus paupertatis voluntariae, qui apud Re-  
formatos exulat, Ibi viget spiritus ministrantiū Apostolicis viris, qui spiri-  
tus longissime est à Reformata synagoga. Inuenias ibi direptores honorū  
Ecclesiasticorum non fundatores; non ministratores, sed qui ministrari sibi  
velint. Gratias igitur nouas ago tibi Deus, qui me in ea Ecclesia collocasti,  
in qua tui spiritus notæ & signa tam patentia reperiuntur.

§. 249. Et alia malta qua simul ascenderant cum eo Hierosolymam. v. 41.

Iam sacer scriptor recenset secundum Deuotarum fœminarum genus,  
minoris excellentiæ. Hæc non continuo sequebantur Dominum vti Apo-  
stoli spiritus & collaborantes in Euangeliō, sed subinde v.g. quando erat  
solennius festum vt pascha, pentecoste, scenopégia, encænia &c. tunc &  
hæc deuotioni singularius sese dedebant, peregrinabantur, vel processio-  
nem adornaabant cum Domino Ierosolymam, aliumue in locum sacrum,  
plane vti hodiecum sit in orbe Catholico, in quo & quasdam videmus per-  
sonas fœminei sexus perpetuo inhærere cultui Dei tum in monasterijs  
tum in cælibatu canonico, vnicō castitatis emissō voto, alias vero festis vel  
Dominicis diebus sese operibus pijs singulariter mancipantes.

Y 3

Chri